



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Molestia mutuantis parag. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. II.

Promissio non repetendi Mutuum, an licitum reddas lucrum?

3. **D**O tibi mutuos centum, & me obligo, eos non repetere per unum, per duos, per decem annos, possumne licite aliquod proportionatum accipere propter hanc solam obligationem?

Respondeo. Negatur communiter, & sententiam affirmantem vocant nonnulli novam, inauditam, falsissimam, periculosam *a Less. lib. 2. c. 20. du. 14.* in fide, & aperiendam viam Usuris. Lessius a tamen licet negantem sententiam excipiat, affirmantem tamen ait videri alicui non improbabilem.

2. Dubia igitur res est. Quoniam ergo eam affirmantem nolumus in praxi deducere, nobis utile non est, eam fusius prosequi, ut in simili diximus paragrapho precedente, *b Lib. 8. in prosequuti tamen alibi sumus b pluribus, & Decal. Tr. videri apud Doctores e potest.*

3. c. 8.

200 §. 5.

c Less. l. c.

Delug. l. c. Molestia, quam subit Mutuans ex privatione sua pecunia, an licitum reddas lucrum ex Mutuo?

sec. 3. A-

rag. 22. q.

38. ar. 1.

Dicasil. li. 1.

2. de iust.

17. 10.

disp. 2.

d Caram.

lib. 2.

Theolog.

mor. d. 14.

n. 362.

Duplex in re nostra distingui debet molestia. Altera, quæ sumitur ex periculo, quod subit mea pecunia dum tibi non certe fidelissimo, eam concedo mutuatam: & de hac nuper locuti sumus cap. 3. §. 6. Altera, quæ sumitur ex absentia pecuniae mutuatæ, est enim (ait d Caramuel.) aliquod solatium videre in Arca suam pecuniam, ergo molestia erit carentia hujus solatii, De hac loquimur in præsentia, & quaerimus, an pro illa, quam Mutuans subit in gratiam Mutuatarii, aliquod lucrum possit exigere?

2. Incerta res est, quis ex una parte aperiatur ampla via ad Usuras, at ex alia videtur adesse hæc molestia in Mutuante, atque adeo vendi eam ab ipso posse, quando illa verè adest. Quod confirmari posset, quia non invenitur in omni Mutuo. Verum iterum dico, esse rem incertam, & propterea in praxim non deducendam, præcipue ex eo capite, de quo

e alibi dixi, quia hincmodi molestia e Lib. 8. apud homines non venit in considerationem, Decal. unde, nec materia esse lucri debet. Loge Di- §. 6. castillum. f

Confirmatur. Nam, si tita pecunia est h. 2. de longè à te distans v. grat. apud Trapezitam, sit. Tra- parvum, ne dicam nullum, erit solarium, d. 2. quod ab ipsius præsentia capere possis, ergo illud vendere non potes.

§. IV.

Non petere redditionem Mutui, dum Mutuatarius aliquid pro me facit.

1. **D**ixi capite 4. §. 4. num. 9. sequens, vel simile Mutuum, licite in rigore celebrari, per Molinam, & Lessium, posse. Mutuo Petro mille aureos, usque ad tempus, quo ipse frequentabit meum Molendinum, licite ergo etiam per eisdem erit hoc sequens mutuum. Eidem Petro mutuo mille aureos, usque ad tempus, quo ipse singulis mensibus donet ex liberalitate mihi duos aureos v. grat. Quando autem non donabit, volo, ut reddat mihi meos mille aureos. Vides? non peto illos aureos duos, ut pretium mutui, quod mutuum certè gratis concedo, sed volo experiri beneficentiam, & gratitudinem Mutuatarii, & volo, illum esse terminum mutui, qui est terminus ejus liberalitatis. Inquiri ergo, an id sine serupulo in praxi deduci possit?

2. Respondet g Salas, & Delugo, h licere te sic mutuum celebrare, quia, hoc modo, tu solum vis repetere suum mutuum, quando cessabit beneficentia Mutuatarii, quod non est illicitum, ajunt, quia præfigere terminum suo mutuo, licitum est cuilibet: & ex alia parte Petrus non cogitur dare illos duos ex debito, sed ex liberalitate, quando voluerit per illos aureos tuam benevolentiam conciliare. Suppone tamen semper gravamen, quod imponitur Mutuatario esse judicio prudentis juxta regulas gratitudinis æquale gravamini, quod mutuans subit mutuum non repetendi, ut scilicet sic nihil occultè contra Justitiam intendant, sed gravamina justè compensentur.

3. Neque sic omne lucrum ex mutuo justificari posse, dicunt, dum Mutuans possit tempore